UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVI. De clerico maledico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

XXIV. De clerico venatore.

IN clericis autem ſpeciale eſt, ut ſint cle- 1
ricorum quædam propria dicta; quo-
rum primum eſt venatio, id eſt, ferarum
beſtiarum, aut volucrum canibus & avi-
bus perſecutio. *c.* 1. *& Sup. ne cler. vel mo-*
nach. c. 1. *& diſt.* 34. *c.* 2. 3. 4. §. Quod 2
ad pœnam attinet, Epiſcopus tribus men-
ſibus, presbyter duobus menſibus a com-
munione, diaconus ab omni officio ſuſpen-
ditur, *cap.* 1. §. Nota piſcationem clericis 3
concedi. *Sup. de fer. c.* 3. quia multi fue-
runt ſancti piſcatores, nullos autem ſan-
ctos legimus fuiſſe venatores. *diſt.* 86. *c.*
Eſau. 12.

XXV. De clerico percuſſore.

SEcundum clericorum delictum eſt per- 1
cuſſio. Cuius pœna eſt ſuſpenſio ab of-
ficio, & niſi monitus ſe corrigat, degrada-
tio. *cap.* 1. §. Percuſſionem intellige cor- 2
poralem & proprie dictam. Alia eſt per-
cuſſio ſpiritualis, cum doctor ſermone in-
utili conſcientiam infirmorum percutit. *diſt.*
45. *c. ult.*

XXVI. De clerico maledico.

SIc inſcribitur hic titulus in quibusdam 1
libris.

libris, & in antiquis codicibus, re[illegible]
quam in vulgatis, *de maledicis*: quia [illegible]
ex profeſſo agitur ſpecialiter de cleric[illegible]
quædam obiter adſperguntur de laicis.
2 §. Tertium igitur delictum clericoru[m]
maledictum, id eſt, cum quis aſſerit [illegible]
malum ineſſe, quod non ineſt; vel ne[illegible]
3 ineſſe bonum, quod ineſt. §. Quo[d]
duæ ſunt ſpecies maledicti: altera aff[ir]
tiva, veluti, *Tu es ſpurius, tu es latro*;
tera negativa, veluti, *Tu non credis in D*[illegible]
4 *tu non fungeris officio tuo.* §. Cum [au]
tem maledictum in Deum, vel in bea[tam]
Virginem, vel in ſanctos confertur, pro[prie]
vocatur blaſphemia. *cap.* 2. & 11. *q.* 3. [illegible]
ſunt 54. ubi certa pœnitentia una cum [illegible]
na ſummaria blaſphemis imponitur, [illegible]
ex Pii Papæ decreto blaſphemus, ſi cle[ricus]
eſſet, deponeretur; ſi laicus, anathema[te]
feriretur. 22. *q.* 1. *cap. ſi quis per capil*[illegible]
10. Aliæ pœnæ ſtatuuntur Lateranenſi co[n]
cilio ſub Leone X. anno 1514. Jure a[utem]
civili blaſphemus ultimo ſupplicio a[ffici]
tur. *Nov.* 77. Ob hanc jurium & c[ir]
cumſtantiarum varietatem communis D[o]
ctorum opinio eſt, blaſphemiæ pœna[m]
eſſe extraordinariam. Maledictum in ho
mines punitur pro qualitate delicti. *c.* [illegible]
expoſitum eſt ſub *tit. de injur.* nam male
dictum eſt injuriæ ſpecies.

XXVII[illegible]